CC BY NC SA

anima, ae. *subs. f.* **Forma** *dem.* animula, ae [x6] Cic Fam 4.5. in unius mulierculae animula si iactura facta est, tanto opere commoueris? Hadr Carm 1. Amm 28.1.7., *a qua Plautus m.* animulus, i [x2] *iocose creauit* Plaut Cas 134. mi animule, mi Olympio, mea uita. Gloss 2.481.25. ψυχάριον; *inter m. seu f. ambigitur in* →h.; *gen. archaeus* animai [x40], *usque* Lucr 5.557. tenuissima uis animai.; *acc. sing.* animan Cic Tim 5. contigit ut inter ignem atque terram aquam deus animanque poneret.; *dat. pl.* animābus [x40], *a saec.* II *ec. fine* Vulg Cor I 12.15. superinpendar ipse pro animabus uestris.; anema Inscr CIL 10.3305. **Etym** i.e. *anə- *'flatus'; uox est ualde coniuncta cum* animus. **DLat** animare, *adi.* animalis, *subs. n.* animal, animabilis, animalitas, animaliter, animatio, animator, animans, animatus; exanimus *et* exanimis, exanimare, exanimatio, exanimator, exanimalis, exanimabilis, exanimabiliter; inanimalis, inanimus *et* inanimis, inanimare, inanimans, inanimatus; redanimare *et* redanimatio; aequanimus *et* aequanimis; semianimus, semianimis. **DRom** *cast.* alma, almilla; *cat., port.* alma, *fr.* âme, *it.* alma, *rum.* inima. [**Freq** magna **8836** indicia **661** /d.c.m. 254-184 Plaut] *uocabulum omnibus usibus, omnibus temporibus usitatum, praecipue a subs.* III *ec., ubi indicia ualde a Christianis auctoribus multiplicantur; scriptis litterariis argumentando narrando exponendo praecipue aptum; item technicis ad philosophiam historiam naturalem historiam pertinentibus bene inuenitur.*

Variatio		indicia	p /d.c.m. subc.
operum	exponendo	1026	365
	narrando	2353	491
	argumentalis	5289	1082
	dramatica	61	135
	lyrica	55	257
	satirica	48	250
diachronica	III-II aec.	61	145
	I aec.	425	190
	I-II ec.	1304	337
	III-V ec.	7042	1032
diaphasica	quotidiana	45	103
	media	8077	747
	docta	709	339
diastratica	litteraria	8667	813
	technica	598	223
modus	prosa	8234	713
	uersu	697	390

¶ **a1** *sensu exemplari aeris afflatum, auram uel uentum designauit • designó prototípicamente el soplo de aire, la brisa, el viento o la corriente de aire* [**hyper** flatus **sim** spiritus[b]] 239-169 Enn Ann 539. sicut equus ... spiritus ex anima calida spumas agit albas. 70 Lucr 5.1230. prece quaesit uentorum pauidus paces animasque secundas. 125 Apul Mund 12. etesiae frequentiores sunt aestate, animis septemtrionis ac zephyri temperatis. 395-397 Claud Rap Pros 1.242. non talibus umquam spirauere Notis animae.

a2 *itaque ad aerem pertinuit, naturalium elementorum unum iuxta focum aquam terram • por ello fue, naturalmente, aplicado al elemento natural que es el aire, uno de los cuatro elementos junto al fuego, el agua y la tierra* [**hyper** elementum naturale **sim** →aer[b]] 239-169 Enn Epich 40. Aqua, terra, anima, sol. 70 Lucr 1.715. qui quattuor ex rebus posse omnia rentur ex igni terra atque anima procescere et imbri. 5 Ov Fast 1.105. Lucidus hic aer et quae tria corpora restant, ignis, aquae, tellus, unus aceruus est.

a3 *sed uegetabile principium in aere quod in pulmones ducitur specialiter comprehensum est • pero fue entendido especialmente como principio vivificante materializado en el aire que se inspira e introduce en los pulmones* [**hyper** flatus **sim** aer[a], spiritus] 234-149 Cato 157.15.4. si polypus in naso intro erit, brassicam ... ad nasum admoueto, ita subducito susum animam quam plurimum poteris. 45 Cic Nat deor 2.138.6. quae spiritu in pulmones anima ducitur. 2-8 Ov Met 12.142. uincla ... galeae, quae presso subdita mento elidunt fauces et respiramen iterque eripiunt animae. 116 Tac Ann 6.50. se quieti dedit ... nam meatus animae ... ab iis qui limini obuersabantur audiebatur.

a4 *unde interdum ad halitum pertinuit • de donde, eventualmente, fue aplicado al aliento de la boca o hálito* [**sim** →halitus[c]] 254-184 Plaut Asin 894. Dic amabo, an fetet anima uxoris tuae? 30-15 Prop 1.13.16. uidi ego te ... cupere optatis animam deponere labris. 60 Petron 79.8. Haesimus calentes et transfundimus hinc et hinc labellis errantes animas.

b1 *elementum humano oculo latens sed in respiratione, cui uita inest, perspicuum, incorpoream animalium partem designauit, qua uegetabilis halitus habitat; cuius amissio mortem affert, ratiocinationi aliena est • como elemento invisible para el ojo humano pero evidente en la respiración, de la que depende la vida, designó el alma, parte inmaterial de los seres vivos, en la que reside el aliento vital; su pérdida provoca la muerte, y es ajena a lo racional* [**hyper** causa[a] **hol** homo] 180-103 Lucil 635. physici omnes constare hominem ex anima et corpore dicunt. 29-19 Verg Aen 4.694. Irim demisit Olympo quae luctantem animam nexosque resolueret artus. 63-65 Sen Epist 4.4. Difficile est ... animum perducere ad contemptionem animae. 390 Amm 15.9.8. Drysidae ... despectantes humana pronuntiarunt animas inmortales. 🕮 Varro Ling 9.1.3. homo ... ex corpore et anima. Isid Orig 11.1.11. anima uitae est, animus consilii. 11.1.117. uiscera uitalia ... ibi uita, id est anima, continetur. 11.1.13. Dum ergo uiuificat corpus, anima est: dum uult, animus est: dum scit, mens est. Gloss 2.17.54. anima ψυχή.

interdum ad res pertinuit quae aliquid creare possunt, a quo uegetabiles uidentur • a veces se encuentra aplicada a seres inanimados que producen algo y por ello se considera que tienen cierta capacidad de vida 79 Plin Nat 37.48. ceterum attritu digitorum accepta caloris anima trahunt in se paleas et folia arida et philyras, ut magnes lapis ferrum.

b2 *postea ad mortui Inferis habitantis spiritum pertinuit, qui ad uiuos transit uel apud eos permanet ut imago, simulacrum, spectrum, umbra etc. • luego, se aplicó al alma de un muerto que reside en los infiernos, ánima, fantasma, espíritu, espectro cuando se aparece a los vivo* [**hyper** imago] 42-39 Verg *Ecl* 8.98. animas imis excire sepulcris. 5 Ov Fast 1.565. animae tenues et corpora functa sepulcris errant. 348-410 Prud C Symm 423. Obscuras uideo tibi circumferrier umbras caeruleasque animas.

b3 *quorum ut uegetabile principium maxime apparet in compagine tripertita quae homines format; in qua anima iuxta animum, id est spiritum, contra corpus opponitur; anima et animus latent, anima uero immortalis est • de estos, el uso más abundante es el de 'alma', que participa en un modelo de configuración tripartita de los seres humanos, en el que* anima, *junto a* animus, *la razón, se opone a* corpus, *el cuerpo, de cuya integración resulta* homo, *la persona; los dos primeros son intangibles, siendo anima inmortal* 40 Sall Iug 1.2.2. ingeni egregia facinora sicuti anima immortalia sunt.

praeuia et corpori minime obnoxia • anterior e independiente del cuerpo 23 Hor Carm 1.10.17. Tu pias laetis animas reponis sedibus. 76-138 Hadr 3.1. Animula uagula blandula, hospes comesque corporis.

immo potens post mortem in aliud corpus migrandi • capaz incluso de reencarnarse en uno distinto al que murió 29-19 Verg Aen 6.713. tum pater Anchises: «animae, quibus altera fato corpora debentur».

quare causa est per quam corpus uiuit et eius partes agere possint • es pues el principio que permite la vida a los cuerpos y el funcionamiento de sus distintas partes 29-19 Verg Aen 4.695. Irim demisit Olympo quae luctantem animam nexosque resolueret artus. 🕮 Isid Orig 16.8.7. *Sucinus* uocari autem a quibusdam harpaga, eo quod adtritu digitorum accepta caloris anima folia paleasque et uestium fimbrias rapiat.

cerebro residet • está localizada en el cerebro 430 Macr Sat 7.9.17. ut autem homo constet et uiuum animal sit, anima praestat, quae corpus inluminat ... et habitatio eius in cerebro est.

corporis actibus imperat cum externis per sensus communicante • gobierna los actos del cuerpo y se relaciona con el exterior a través de los sentidos 170-86 Acc Trag 296. sapimus animo, fruimur anima. 197 Tert Ani 17.5. carens anima corpus carebit et sensu. 🕮 Isid Orig 11.1.19. Sensus dicti, quia per eos anima subtilissime totum corpus agitat uigore sentiendi.

b4 Chris *itaque inconstans et mutabilis est, cupidinibus obnoxia, primigenia corporis pars contra animum, qui ad disciplinam et doctrinam attinet; hinc uegetabilis pars et exercitationis patiens apparuit secundum scholas ad philosophiam uel religionem pertinentes, praecipue apud Christianos; qui animae animique sensum conciliauerunt compagem hominis bipertitam concinnantes cuius partes corpus tangibile mortique obnoxium et anima immortalis diuinaque exstiterunt • por ello es voluble y puede verse afectada por el placer que las experiencias sensuales puedan proporcionarle, constituyéndose en un componente primigenio del ser humano, frente a* animus, *que es cultural; de aquí procede el sentido de 'alma' y el adiestramiento que de ella se pueda hacer según las distintas teorías filosóficas o religiosas, principalmente el cristianismo; este último recogió en* anima *las características de* animus (o spiritus) *y redujo el sistema a una oposición entre corpus, parte material y perecedera, y anima, inmortal y divina,* Chris *alma* [**hyper** causa[a] **dom** caro, deus, homo, uiuere] 210-213 Tert Anim 1.3.4. animam ex dei flatu, non ex materia uindicamus. 393 Aug Fid et symb 10.22. tria sunt quibus homo constat, spiritus, anima, corpus: quae rursus duo dicuntur quia saepe anima simul cum spiritu nominatur. 🕮 Cod Theod 9.35.5. sacratis quadragesimae diebus nulla supplicia sint corporis, quibus absolutio expectatur animarum. Isid Orig 6.19.49. aquis ... accipiunt uim purgationis, ut in eis et caro et anima delictis inquinata mundetur.

quod ad alia animalia quoque pertinuit cum deus omnia creauisset • lo cual fue aplicable en cierto modo al resto de los animales como resultado de la creación de dios 210-213 Tert Anim 27.1. Quomodo igitur animal conceptum? Simulne conflata utriusque substantia corporis animaeque an altera earum praecedente?

c1 *per hanc reparationem sensus, qua compages* corpus - anima *facta est, appropinquatio sensuum inter* animam *et* spiritum *facta est, qui duo nunc in eandem rem referebant; immo* anima *ab antiquo cum* animo *coniunctum fuerat, interdum ei suppositum, quae omnia* spiritui *postea commendatura essent; quare postea* anima *ad spiritum animalium corporum rectorem pertinuit, qui per sensus agit, et boni et mali potens • en esta recomposición del dominio cognitivo* corpus - anima *se produce un acercamiento significativo entre* anima *y* spiritus, *aplicadas ahora a una misma referencia; de hecho,* anima *se había visto muy relacionada ya desde antiguo con* animus, *y a veces lo ha sustituido, lo que pudiera haber facilitado su posterior relación con* spiritus; *como consecuencia,* anima *ha sido utilizada en referencia al espíritu rector del cuerpo de los animales, que opera a través de los sentidos y es capaz tanto del bien como del mal* [**hyper** ratio cognitionis **hol** homo **sim** animus, spiritus] 40 Sall Iug 2.1. Nam uti genus hominum conpositum ex corpore et anima est, ita res cunctae studiaque omnia nostra corporis alia, alia animi naturam secuntur. 45-95 Stat Silu 1.4.65. neque plebeiam aut dextro sine numine cretam seruo animam. 🕮 Varro Ling 5.21. Proxima animalia sunt ea quae uiuere dicuntur neque habere animam, ut uirgulta. Isid Orig 1.40.2. Aesopicae sunt cum animalia muta inter se sermocinasse finguntur, uel quae animam non habent, ut arbores, montes, petrae, flumina. 11.1.25. animae, quae consulit corpori. Gloss 3.279.21. ἡ ψυχή anima et animus.

c2 doctum *etiam ut mens apparuit •* culto *e incluso apareció como intelecto o mente* [**sim** →intellectus[c]] 5 Ov Fast 1.297. Quid uetat et stellas, ut quaeque oriturque caditque, dicere? ... felices animae, quibus haec cognoscere primis inque domos superas scandere cura fuit!

d *animae comprehensio, ut aerii entis corpore residentis cauaque eius capientis, specialiter pulmones quibus respirationis aer recipitur, ad aerem recipienti inclusum transire permisit • la comprensión del alma como una entidad aérea que reside en el cuerpo y que, por ello, ocupa huecos que hay en el mismo (como los pulmones, donde se recibe precisamente el aire de la respiración), facilitó su aplicación al aire encerrado en un recipiente* 37 Varro Rus 1.57. Sub terra ... sirus, quod cum periculo introitur recenti apertione, ita ut quibusdam sit interclusa anima, aliquanto post promere, quam aperueris, oportet.

quod ad effluuium uel aeris odorem transiit • ello llevó automáticamente a la emanación u olor de dicho aire [**hyper** halitus[a]] 30-50 Phaedr 3.1.5. Anus iacere uidit epotam amphoram, ... odorem quae iucundum late spargeret. ... «O suauis anima!»

e1 *quia aer qui respiratur uitalis est, anima uitam significauit • la concepción de que el aire que se respira proporciona la vida motivó su especialización en el uso como vida o existencia* [**sim** ens **ant** mors **dom** *uita deest uel mors aduenit*] 42-41 Sall Catil 61.2. quem quisque uiuus pugnando locum ceperat, eum amissa anima corpore tegebat. 116 Tac Ann 1.42. me ... precariam animam inter infensos trahere. 397 Hier C. Ioh 10.11. bonus pastor animam suam dat pro ouibus. 🕮 Isid Orig 2.25.6. animal ... est ... uocabulum generale et commune omnium animam habentium.

e2 blanditiae *itaque ad affectus attinuit, necessitatem amicorum uel familiarium comparans ut gratissimum quod homo habeat, id est eius uita •* término de cariño *ello motivó un uso más especial, afectivo, que designaba a la persona querida como lo más amado o valioso que tiene uno mismo, su vida o su alma* [**hyper** blanditiae **dom** *apud amicos* dimidum, pars, meus] 200 Plaut Trin 1091. Adimit animam mi aegritudo. 23 Hor Carm 1.3.8. finibus Atticis reddas incolumem *Vergilium* precor et serues animae dimidium meae. 374 Hier Epist 3.3.1. Innocentium enim, partem animae meae, repentinus febrium ardor abstraxit. **Inscr** 68 CIL 4.2413[a]. Cestilia, ... anima dulcis, uale.

e3 quotidianum *adfectiose usitata, ut* homo *apparuit •* coloquial *debido a este carácter afectivo, alcanzó a ser utilizada como 'persona'* [**hyper** animal terrestre **sim** →homo] Carm Epigr 41. Fortunate, animula dulcis, perfututor. 105-110 Tac Hist 4.32. Treuiri ceteraeque seruientium animae.

animula, ae. *f., m. papilio • mariposa* [**hyper** insectum **sim** →papilio[a]] 🕮 **Gloss** 5.318.33. papilio animal sicut apis tenuis quas dicitur animulus. (*emm.* dicunt animulas) 5.384.44. apes ... quas dicunt animula.

LocS anima loco uotiua. 🕮 **Gloss** 3.279.40. ψυχή μεταβατική.

anima sensitiua. 🕮 **Gloss** 3.279.41. ψυχή νοητική.

matris animula. (*Thymus serpyllum*) bot *thymi genus siluestre • serpol, tomillo salvaje, serpillo, serpollo o hierba luna* [**hyper** thymum **sim** →serpillum **dom** *ad menstrua expedienda aptum habebatur*] 380-430 Pallad 137.3. serpillum uel origanum. 🕮 Isid Orig 17.9.51. serpillus ... eadem et matris animula, propter quod menstrua moueat. **Gloss** 3.538.61. serpilla matris animula.

Loc. Verb. anima *uitae sensum ostendens locutionum multitudinem effecit quibus nux semantica uitae defectum significat; aliis respiratio designatur, uel respirationis difficultas; quae operositas mortem maximo dolore nuntiat • el uso de* anima *como vida o existencia motivó la utilización de numerosas colocaciones en las que el núcleo semántico expresa la pérdida de la vida; a veces, se hace hincapié en la acción de respirar, o bien en las dificultades de la respiración; puede llegarse al punto en que la dificultad respiratoria sea tan grande que anuncie la agonía de la muerte; en todas ellas se aprecia un uso muy concreto de anima que se podría trasladar al castellano como 'respiración'*

animam agere. *loc. uerb.* **a** *maximo dolore mori • agonizar* [**trop** exstinguere **sim** →exanimare[b5]] 180-103 Lucil 106. Symmacus ... exspirans, animam, pulmonibus aeger, agebat. 29-9 Liv 26.14.5. noctem totam plerique ... cum animam egissent, omnes tamen prius quam aperirentur hostibus portae exspirarunt. 63-65 Sen *Epist* 101.12. est tanti habere animam ut agam?

b *mori • morir* [**trop** perire **sim** →mori] 45 Cic Tusc 1.19. et agere animam et efflare dicimus. 63-65 Sen Epist 26.6. Quid egeris tunc apparebit cum animam ages.

c *difficulter respirare • respirar trabajosamente o jadear* [**trop** respirare **sim** →anhelare] 65-54 Catull 63.31. anhelans uaga uadit animam agens comitata tympano Attis ...a dux. 60 Petron 101.1. Giton quidem super pectus meum positus diu animam egit ... Deinde ut effusus sudor utriusque spiritum reuocauit.

animam comprimere. *loc. uerb. respirationem coercere • contener la respiración* [**trop** respirare **sim** spiritum comprimere **ant** animam recipere] 161 Ter Phorm 868. ad fores suspenso gradu placide ire perrexi accessi astiti, animam compressi, aurem admoui.

animam ducere. *loc. uerb.* **a** *respirare • respirar • breathe* [**trop** naturalem corporis actionem agere **sim** →respirare] 80 Cic subs. Rosc 72. Ita uiuunt, dum possunt, ut ducere animam de caelo non queant, ita moriuntur ut eorum ossa terra non tangat. 300 Arnob 7.20.3. relinquite infelicissimas pecudes ... caeli animam ducere et pastibus innocentissimas incubare.

b *uiuere • vivir • live* [**trop** esse **sim** →uiuere] 29-9 Liv 6.17.5. tenebris obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam.

animam edere. *loc. uerb. exspirare • expirar o exhalar el último suspiro* [**trop** perire **sim** →exspirare[c]] 56 Cic *Sest* 83. si tum P. Sestius ... animam quam uix retinuit edidisset, non dubito quin ... aliquando statua huic ob rem publicam interfecto in foro statueretur.

animam efflare. *loc. uerb. exspirare • expirar o exhalar el último suspiro* [**trop** perire **sim** →exspirare[c]] 205 Plaut Persa 638. hominem, quando animam ecflauit, quid eum quaeras qui fuit? 45 Cic Tusc 1.19. et agere animam et efflare dicimus. 121 Suet Dom 2.3. prius quam plane efflaret animam, pro mortuo deseri iussit. 404 Sulp Sev Chron 1.29.3. illa -stupri iniuria an uerecundia, parum definio- uiso uiro animam efflauit.

animam effundere. *loc. uerb. exspirare • expirar o exhalar el último suspiro* [**trop** perire **sim** →exspirare[c]] 29-19 Verg Aen 1.97. Mene Iliacis occumbere campis non potuisse, tuaque animam hanc effundere dextra? 390 Amm 31.3.2. animam effudit in proelio, ui superatus armorum. 430 Macr Sat 1.11.25. C. Gracchum ... Euporus seruus ... super occisum deinde animam scissis proprio uulnere uisceribus effudit.

animam emittere. *loc. uerb. exspirare • expirar o exhalar el último suspiro* [**trop** perire **sim** →exspirare[c]] 35-32 Nep Epam 9.3. si ferrum ... extraxisset, animam statim emissurum. 63-65 Sen Epist 77.13. multa milia et hominum et animalium hoc ipso momento quo tu mori dubitas animam uariis generibus emittunt.

animam exspirare. *loc. uerb. exspirare • expirar o exhalar el último suspiro* [**trop** perire **sim** →exspirare[c]] 30-15 Prop 4.5.69. uidi ego ... animam in tegetes putrem exspirare paternas.

animam impendere alicui. *loc. uerb. uitam* pro alio *dare • entregar la vida o dar la vida* por alguien [**trop** perire[a]] 63-65 Sen Med 662. coniugis fatum redimens Pheraei uxor impendes animam marito. 370-410 Prud Psy 778. pretiosam proderit Hiesu impendisse animam.

animam infundere alicui rei. *loc. uerb. uiuificare • dar vida* a algo [**trop** creare **sim** →animare[a]] 2-8 Ov Met 1.364. utinam possim ... animas formatae infundere terrae! 44 Mela 1.44. *Nilus* glaebis etiam infundat animas, ex ipsaque humo uitalia effingat. 405 Prud Ham 819. animas caeli de fontibus unicoloras infundit natura solo.

animam recipere. *loc. uerb. rursus respirare • recuperar la respiración, el resuello o la vida* [**trop** respirare **ant** anhelare] 160 Ter Ad 323. Quid festinas, mi Geta? animam recipe. 314 Lact Mort pers 17.9. Et ille ... morte sopitus animam receperat, nec tamen totam. Demens enim factus est, ita ut certis horis insaniret, certis resipisceret.

animam reciprocare. *loc. uerb. respirare • respirar* [**trop** naturalem corporis actionem agere **sim** →respirare] 29-9 Liv 21.58.4. cum iam spiritum includeret nec reciprocare animam sineret.

animam reddere caelo, deo. *loc. uerb. exspirare • expirar o exhalar el último suspiro* [**trop** perire **sim** →exspirare[c]] 30-15 Prop 1.6.26. me sine ... huic animam extremam reddere nequitiae. 80-90 Stat Theb 8.324. liceat ... pugnaces efflare animas et reddere caelo. 250 Comm Ins 28.15. in tartara ibis: mox animam reddis, duceris quo te paenitet esse.

animam relinquere alicui. *loc. uerb.* **a** *uitam* alicui *concedere • perdonar la vida* a alguien [**trop** concedere **ant** damnare] 40 Sall Iug 14.15. pars in crucem acti, pars bestiis obiecti sunt, pauci, quibus relicta est anima, clausi ... morte grauiorem uitam exigunt. 390-406 Vulg Ier 43.6. uiros et mulieres et paruulos et filias regis et omnem animam quam reliquerat Nabuzardan.

b *exspirare • expirar o exhalar el último suspiro* [**trop** perire **sim** →exspirare[c]] 160 Ter Ad 498. animam relinquam potius quam illas deseram.

animam trahere. *loc. uerb.* **a** *respirare • respirar* [**trop** naturalem corporis actionem agere **sim** →respirare] 79 Plin Nat 11.6. nec uideo cur magis possint non trahere animam talia et uiuere quam spirare sine uisceribus.

b *uitam in angustiis doloribusque agere • arrastrar la existencia, pasar la vida con sufrimiento* [**trop** uiuere **ant** uigere] 29-9 Liv 4.12.11. multi ... potius quam ut cruciarentur trahendo animam, ... se in Tiberim praecipitauerunt. 80-90 Stat Theb 1.47. Oedipodes longa ... animam sub morte trahebat. 386 Avien Orb terr 912. Massagetae ... durum ab stirpe genus, ... animam traxere ferinam.